30 KREUZER

K.K. CONT. STAMPEL den 30 März 1843 WIEN

NOS RECTOR

ET ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA UNIVERSITAS VINDOBONENSIS

LECTURIS SALUTEM

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est ut qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt antequam ad vitæ communis usum atque ad praxim sese conferant, ante omnia subeant examen, ut debitum eruditionis suæ testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Dominus Leo Zutawski, e Lukowice in Galicia oriundus, diligentem assiduamque medicinæ multos annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinæ suæ specimen paratus esset, petiissetque a Nobis, ut ipsum titulo academico doctrinæ suæ convenienti ornaremus; Nos cum honestissimæ æquissimæque ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, ipsum primo per universam medicinam accurate examinavimus, ac deinde theses ex universa scientia medica desumtas et dissertationi inaugurali pharmacologicæ "nonnullos plantarum Alcaloides" pertractanti adnexas, publice adversus omnium opponere volentium argumenta objectionesque tuentem audivimus; in quibus omnibus, cum præclaram eruditionem suam ac medicinæ peritiam abunde Nobis probasset libenter contulimus petenti honorem qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis ab Augustissimo Imperatore Ferdinando I^mo concessa, eundem Dominum Leonem Zutawski die decima sexta Maji, Anno millesimo octingentesimo quadragesimo tertio Doctorem medicinæ pronunciavimus ac declaravimus, dedimus ac damus ei potestatem, cathedram doctoralem conscendendi, ac de medicina respondendi, praxim cæteraque exercendi, quæ medicinæ doctores exercere solent, tribuimus ei insuper privilegia omnia ac prærogativas, quæcunque vero medicinæ doctori legibus vel consuetudine tribui solent. In quorum omnium fidem diploma hoc publicum majori Universitatis sigillo signatum, nec non manu Notarii inclytæ facultatis medicæ subscriptum, ei dari curavimus. Viennæ Austriæ, anno mense et die supra dictis.

Franciscus Xav. Zenner m. p. SS. Theolog. Doctor. E. M. V. Can. cap. c. r. Reg. consil. Stud. Theolog. Director, Fac. Theolog. Præses. Pro-Rector.

Joan. N. Eques de Raimann Med. Doctor, Ord. Imp. Austr. Leopold., c. r. Russ. St. Stanisl. et r. Bor. Aquil. rubr. 3tiæ cl. Eques, S. C. R. Ap. Majest. Consil. aul. et Archiatr. prim. stud. med. chir. Director et Facult. med. Præses.

Carolus Josephus Meyer m. p. Medicinæ et Chirurgiæ Doctor, C. R. aulæ Medicus et Facultat. medic. p. t. Decanus.

Sigismundus Casparus Fischer Medicinæ et Chirurgiæ Doctor Caes. Reg. Consiliarius, Mineralogiæ et Zoologiæ Professor pro Promotor

Joan. Franc. nobil. de Hieber m. p. Philæ et Medicinæ Doctor. C. R. aulæ medicus, inclyt. facult. med. Notarius.

[illegible] Patrimonij

[illegible] physicus Cavali

[illegible]erceus